Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



137

mouet et ignis non extinguitur. Fia sexta. Lectio Ad hebreos.

Fres. Videte ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo: sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur. ut non obdurett quis in uobis fallacia peccati. Participes enim effecti sumus si tamen initium substancie eius usque ad finem firmum retinebimus in xpo ihu dno nro. Sim pathim.

Nullo t. D. do. i. turbis uidere et principib; sacerdotum. Ve uobis scribe et phisei ypocrite. qui clauditis regnum celorum ante homines. Vos autem non intratis nec intrantes sinitis intrare. Ve uobis scribe et phisei ypocrite qui comeditis domos uiduarum orones longas orantes. ppter hoc amplius accipietis iudicium. Ve uobis scribe et phisei ypocrite qui circuitis mare et aridam: ut faciatis unum pselitum. et cum fuerit factus facitis eum filium iehenne duplo qm uos. Ve uobis duces ceci: qui dicitis quicunque: iurauerit per templum nichil est: qui autem iurauerit in auro templi debet. Stulti et ceci quid enim maius est aurum an templum quod sanctificat aurum. Et quicunque iurauerit in altari nichil est: quicunque autem iurauerit in dono quod est super illud debitor est. Ceci quid enim maius est donum an altare quod sanctificat donum. Qui ergo iurat in altari: iurat in eo et in omnibus que super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo iurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei: et in eo qui sedet super eum. Ve autem uobis scribe et phisei ypocrite qui decimatis mentam et rutam et anetum et cyminum et reliquistis que grauiora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. Hec oportuit facere et illa non obmittere. Dominica ve. In.

Ecce deus adiuuat me et dns suscceptor est anime mee auerte mala inimicis meis et in uirtute tua disperde illos protector meus dne. Ps. Deus in nomine tuo saluum me fac et in uirtute tua libera me. Collecta.

Pertrant aures misericordie tue dne precibus supplicantium et ut petentib; desiderata concedas fac eos que tibi placita sunt postulare. Ad Rom.

Fres. Nolumus concupiscentes malorum sicut illi concupierunt. Neque idolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt:

137